DE

SCIRRHI ET CARCINOMATIS UTERI PATHOLOGIA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARIA
FRIDERICA GUILELMA
PRO SUMMIS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE OBTINENDIS
DIE XII. M. JUNII A. MDCCCXXXII.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENSURUS EST
AUCTOR

EDUARDUS HOCKELMANN
ELBERFELDA - RHENANUS.

OPPONENTIBUS:

C. MEYER, MED. ET CHIR. DD.
L. DE WAHL, MED. ET CHIR. DD.
F. BREUNIG, MED. ET CHIR. CAND.

BEROLINI,
TYPIS NIETACKIANIS.

PATRI

OPTIMO, DILECTISSIMO

T. HOCKELMANN.

NEC NON

AMICO

CARISSIMO

F. SIEPERMANN.

HASCE

STUDIORUM SUORUM

PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR

Scriptores praecipui.

Roederer, *J. G.* De scirrho uteri. Goetting. 1754.

Haller, *A. de.* Comment. de uteri scirrho. Goetting. 1756.

Joerdens. Ueber den Scirrhus und das Carcinom der innern weiblichen Geburtstheile, in Hufeland's Journal. Bd. IX. St. I.

Schmitt, *W. J.* Erfahrungsresultate ueber die Exploration bei dem Scirrhus und dem Krebse, u. s. w. in Harlefs Jaurbuecher der deutschen Medecin und Chirurgie. Bd. I. St. I. S. 74.

Nauche, Traité des maladies de l'uterus. Paris 1816.

Wenzel, *C.* Ueber die Krankheiten des Uterus. 1816. fol.

Beyerle, *F. J.* Ueber den Krebs der Gebärmutter. Ein historisch-klinischer Versuch. Manheim 1819.

Patrix, *E. G.* Traité sur le cancer de la matrice et sur les maladies des voies urinaires. Paris 1820. A. dem Franz. uebers. Leipz. 1820.

d'Alquen. De scirrho uteri. Berol. 1823.

Siebold, *E. v.* Ueber den Gebärmutterkrebs, dessen Entstehung und Verhütung. Berlin 1824.

Siebold, E. C. J. de. De scirrho et carcinomate uteri adjectis tribus totius uteri exstirpationis observationibus. Berolin. 1826.

Hemmer, F. W. Tödtlicher Ausgang einer Induration der Scheide und der fühlbaren Theile des Uterus in ein carcinomatoeses Geschwür u. s. w. in Heidelberg. klinischen Annalen Bd. IV. Hft. 2. S. 265.

Inter majorem morborum numerum, qui hominis valetudinem disturbantes decursu denique longiore ac doloribus quam maxime conjuncto, morte exire observamus, scirrhum quoque locum obtinere constat; quem ad pseudoorganisationes referendum esse videmus, quo quum medicorum disquisitiones penetrare nequirent, quorumnam inhibeantur remediorum subsidio, therapiae nondum, quae proponat, contigisse doleamus. Quum decursu progrediatur lentiori ad certissimum vero finem procedente, rebus solummodo quam faustissime constitutis, quibus parasiti decursus inhibeatur perniciosus, effici conspicimus. Qui si uterum infestaverit, vel summis aegrotam excruciare doloribus, nec ullo omnino modo, quin latius procedat, impediendum esse observamus; quod dum neutiquam rarius accidere soleat, animo etiam quam maxime attento, in scirrhi hujus naturam medicis inquirendum est, qui primo stadio bene dignoscant ac dijudicent, quum mali speciem quandam tunc quidem sanare liceat, neve aliis morborum generibus

commutent, prospiciant. Scirrhus et cancer, quod cunque organon infestaverit, signa quaedam semper patefacit ubique provenientia, quae quum de vitio originem deducant, quod intimae organismi insitum est naturae, de reproductione proficiscuntur, quae et generali affectione et locali formandi nisum induerit sibi alienum. Quum in Corio membranisque mucosis, tum in glandulis conglomeratis conglobatisque tanquam parasitus sedem occupat perniciosus, qui quum organicae cujuscunque materiae inimicus exstiterit, quam partem afflixerit destructione afficiat. Periculi vero discrimen, lentius aut celerius imminens unde organum imo affectum de cetero nonnunquam omnino separatur organismo, de graviori hujus momento aut minori atque de parasiti excitatione dependet fortuito incidente. Unde fit, ut uterum infestans gravissimam prae se ferat naturam et indolem, qui ob relationes sympathicas atque vitam suam conformatricem peculiari modo mox adauctam, mox imminutam, quando inertia torpeat, vitaeque vires rectam bonamque normam sibi servantes, formandarum nisu vincantur pseudoorganisationum, quae optime hasce quidem promoveant, largissime suppeditet. In membrana uteri mucosa scirrhus tunc quidem aut tanquam cancer mollis animadvertitur sive cancer haematodes Sieboldi, aut tanquam cancer durus conspicitur sive stricta verbi significatione hoc nomine appellatus, quem utrumque morbum et indole et

specie multum inter sese discrepare, quae postea disputabimus, affatim demonstratura arbitramur.

Genuinus scirrhus causa efficitur morbosa, effectus continuo exhibente, et dyscrasiae tribuendus est singulari, unde ejusdem generis structura et textura ubique animadvertitur. Quae structura nodosa praedita est durities, in uteri scirrho exsistit; calore etiam naturali diminuto, nisi varicositates eodem tempore exortae sint, quod saepius accidere animadvertimus, sensus in parte affecta haud percipitur; colore deinde immutato speciem e griseo-albidam sive sordide flavam induere observamus. Quum arteriae denique tenuiores telae concreverint et in obliterationem transeant, venae contra varicose extenduntur et intumescunt. Quae vero materia ita quidem morbose effecta est, foliorum lamellosa patefacit similitudinem, strias etiam exhibet candide splendentes, quarum strata invicem sibi impositas esse videmus, quibus substantiam steatomatosam interpositam esse conspicitur. Inter strata deinde parenchymatis singula, quod morbo nondum correptum est, massa interdum accumulari animadvertitur mollis ac spongiosa, sive flavum sive rubrum, sive colorem prae se ferat violaceum, quod in cancro praecipue molli accidere observatum; partem quoque morbo affectam ruborem patefacere caeruleae proximum speciei, duram tactu punctulisque pure et lympha effectis obsitam esse videmus.

Morbi species omnino inter sese discrepantes, unde scirrhi uterum afficientis textura quaedam de ceterarum plane decedat formatione, neutiquam adesse existimamus, sed uteri diversam conditionem, de singularum mulierum natura proficiscentem et formationis gradum differentias constituere censemus, uti scirrhi etiam genera variam speciem prae se ferre animadvertitur, quae cum colore magis minusve imbuantur, vel majorem minoremve cohaesionem exhibeant, de partis affectae organisatione diversitatem exortam esse apparet; neque vero scirrhi, uterum afficientis, speciem quandam, ab aliis decedentem, unquam exstitisse, quod in utero mammisque eodem tempore provenisse observatum est, affatim demonstrare arbitramur.

Adams (on morbid poisons London 1795 observations on the cancrous breasts, consisting chiefly of original correspondance beteveen the author and Dr. Baillie, Mr. Cline, Dr. Bobington, Abernethy and Dr. Stoker, London 1801), qui vivas hydatides cancrum efficere existimasse constat, hic quidem animalcula illa haud parum inter sese discrepare, sententiam proposuit, quum uteri hydatidem cancrosam de mammarum hydatide, adipis similitudinem exhibente, multum decedere, ac singularem naturam patefacere confiteatur.

Quum de scirrho uterum afficiente disputaturi in organon malo infestatum oculos conjiciamus, pu-

bertatis jam ante initium momento haud quaquam carere intelligimus; inde ab illo vero tempore formatione ejusque regressu prae caeteris imminere videbis, vires quoque vitales variis ibi augeri periodis, et ad pristinam deinde conditionem reverti obser vabis, qualia nusquam, nisi totius potentia naturae, latissima agentis extensione, effici conspicias. Quam quidem ob majorem reproductionis facultatem et qua organon illud ac totius organismi conditio, bonam rectamque normam sibi servans, ratione inter sese referuntur, dum uterus vigeat, neque formandi nisus alacritate destitutus sit, parasitus iste exoriri nequeat; quod quum organon viribus decreverit, et agendi strenuitas admodum sit diminuta, tum demum provenire animadvertimus. Vitam organismo omnino inimicam tunc quidem exoriri videmus, quae quamvis singularis et caeterae organanisationi aliena exstiterit, de totius tamen reproductionis gravissima proficiscitur affectione, unde vitae viribus, periodice auctis et increscentibus, superari nequeat; qua adeo ipsa excitatione, dum quies solummodo perfecta mali incrementum inhibere valeat, morbum quam maxime pejorari efficitur. Qui ad delendum nisus spectat, quum normalis superaverit reproductionis facultatem, quod vitae sedem intimam totius modo suppeditaverat, morbum suscepisse conspicimus, qui destructione totum corpus corripiente, exinde proveniat, et postquam aegrota gravissimis semper excruciata sit do-

loribus, mortem denique inferat nullo omnino modo retardandam.

Quum vero carcinoma vitae exoriatur periodo antecedente, quando organismi quoad formandum regressus nondum inceperit, quod si carcinomati etiam nonnisi suscipiendo muliere inclinata, et rebus externis fortuito agentibus tela quaedam accidentalis scirrhosa in uteri substantiam penetraverit; si foemina deinde concipiente uteri actio strenuior evadat, et longiori tempore perdurans augeatur et increscat: tunc quidem pseudoorganisationem non tantum consistere conspicitur, sed regressum etiam locum obtinere videmus, unde rebus adeo optime constitutis, malum prorsus cessisse observarunt; quod de organi alacritate solummodo decrescente carcinoma originem deducere, neque de inflammatione unquam proficisci posse affatim demonstrat, si quidem inflammationem systematis arteriosi actione nimis aucta effici intelligimus. Fuerunt tamen, qui sententiam istam falsam omnino neque veritati congruentem adoptarent, quum scirrhi originem de inflammatione repetendam esse opinarentur. Plastica quamvis materia exsudata, induratio quaedam inflammatione effici possit, unde parasito provenienti occasionem praeberi concedamus, de ex sudatis tamen parasitum nullo modo exoriri arbitramur, uti tubercula inflammatione nunquam nasci existimamus. Qui vero Broussais seculi sen-

tentiam hancce adoptarunt, quae attulimus, rationem habeant.

Quodsi scirrhus aut carcinoma in utero sedem occupaverit in organismum reactio mox in oculos incidit. Aegrotae facies speciem induit tristissimam, quae malo laborare gravissimo morbumque summi discriminis concepisse indicat. Pallore obtegitur livido, horrorem spectantibus excitante; dum vultus etiam dolorum cruciatu singularem in modum distorqueatur, quae species inde exhibeatur, verborum descriptione depingere frustra coneris; si vero semel conspecta sit e memoria nunquam certe evanescat.

Angore, animi pathematis desperatione aegrotam distrahi, facies indicat, oculis quam maxime in orbitam retractis; macula etiam fuscum colorem exhibentia in facie, collo atque pectore proveniunt; corpore deinde marcente, musculi turgore destituuntur omniumque tonus organorum evanescit. Qua cutis praedita est temperie stadio variatur, quod mali localis explicatio occupaverit, quum de norma modo haud decedat ardoris fervorem modo patefaciat. Omnia vero symptomata stadiorum diversitate, vario modo provenire conspicimus. Dum somno aegrota semper destituatur, emollitionis praecipue periodo dolorum tormenta, angores, vomituritio defectusque observatur appetitus. Dolores pressionis sensu initio afficiunt, abdomini obtuse concipiuntur, ac femora

gravitate et inertia debilitant; per uterum, regionem sacralem, totum adeo dorsum extenduntur, pungen dique aut urendi tormento, carbonis instar abdomen conflagrantis, aegrotas excruciant. Prorsus nunquam evanescentes, remediis tamen sedantibus interdum diminuuntur. Quodsi mulieres ad annos jam per venerint climactericos, sanguis interdum de vagina ef funditur, qui quum menstruatione emissi similitud nem patefaceat, menses solummodo adesse, aegrota saepius errore decipiuntur; haud quaquam vero ce sans, odorem mox exhibet ingratissime olentem sanie nonnunquam et muco immiscetur. Quum st diis deinde posterioribus materia illa pejorem semp emittat odorem, quo aegrota aëre circumdatur foe torem singularem acidoque dulcem sibi concilia Pudendorum externae partes femorumque internum latus effluvio corroditur. Hoc ipso etiam stadio va sorum systema maximopere afficitur; vespertino tem pore accedunt febriculae, quae quum initio incerta proveniant, typum mox induere sibi constantem obser vamus. Quam supra memoravimus faciei speciem tunc quidem animadvertitur, debilitatis symptoma quotidie augentur et increscunt; animi superveniun deliquia, dolores haudquaquam tolerandi perciciun tur ac tormentorum cruciatu aegrotas distrahante v tam morte denique commutari videmus.

Quae breviter ita disputavimus morbi descriptio nem exhibuerunt, quem nostris quidem temporibu

atissime diffusum esse confitendum, quem qualicun-
ue deinde vitae conditione variisque causis invita-
um exsistere intelligimus, qui si mulieres denique
orripuerit nullis omnino superatum cedere remediis,
aorteque semper exire vel summis conjuncta dolo-
ibus et tormentis, adest sane quod doleamus.

In distinctionem respicientes magis supra expo-
tam, qua inter uteri carcinoma durum molleque
ifferentia constituitur, ad morbi descriptionem jam
uidem transeamus proponendam.

Carcinoma uteri fungosum, molle, haematodes,
uo quidem nomine morbum nostrum de Siebold
ppellavit, de corporis conditione, quae venositate
aevaleat, abdominis organorum obstructionibus
aemorrhoidumque malo conjuncta, originem dedu-
re videmus, Quod si menstruatio primo incidit
ulieres ita constitutae molestiis affliguntur, regionem
cralem doloribus affectam esse sentiunt, pressionis
nsum in pudendis concipiunt, dum unum latus al-
rumve dolorifice afficiatur. Quod menstruando
nittitur, quoad tempus effusique copiam regulas
ud servat; speciem deinde abdomine laborantium
grotae patefaciunt, flavum prae se ferunt faciei co-
rem, nigrisque vulgo praeditae sunt capillis. Neque
ro feminae solummodo ita quidem constitutae car-
nomatis huic speciei obnoxias esse videmus, sed
nnes etiam, quae multum sedentes, vitae cultu
untur lautiori et ad corporis pinguedinem incli-
ntur, pota deinde vel acida vel spirituosa suscipiunt

vel aromatica. Cui si mulieres morbo dispositae sin concipiendo, quibus sanguinis circuitum in abdomine disturbatum esse signis indicatur, in oculos mox in cidere observamus. Regione epigastrica pressionis a plenitudinis sensu affecta, qui toto etiam abdomin percipitur, nauseae, mensium periodis saepius praeci pue revertentes, flatusque accedunt; pyrosi etiam angoribus, cordis palpitatione, alvi obstructione, do loribusque capitis laboratur vehementioribus; men struatione deinde nimis mature evanescente effluvi vicibus illius funguntur haemorrhoidales. Si gravida exstiterint, quae de sanguinis circuitu disturbato im mutatoque phaenomena proveniunt, auctaque exhi bentur nervorum actione, quoad digestionem praeci pue observantur, unde vomitu saepius laborari vide mus. Uterum justo crassiorem, portionemque in tu muisse animadvertimus vaginalem, quod de sanguin venoso nimis abundante repetendum esse appare Morbo ita affectae quum graviditatis initio men struare pergant, sanguinis etiam haemorrhagiae d pudendis postea interdum accedunt proveniente Corporis superficiem maculis obsitam esse, fuscu colorem flavumve exhibentibus saepins animadvert tur; abortui etiam gravidas ita affectas haud rar obnoxias exstitisse observatum. Morbis deinde, parturierint, inclinantur suscipiendis, qui humoribu exsistunt in abdomen uterumque impetu confluenti bus vehementiori. Metritide igitur uterique pu trescentia saepius quam aliae laborant puerperae, ld

chia deinde sanguinolenta justo longiori tempore perdurant, quae quidem omnia, si mater mammam praebere recuset, summopere augeri conspicimus.

Quod si ad morbi decursum transeamus explicandum, uteri plenitudo quaedam incremento semper aucta majori, primo observatur; abdominis pressione ac gravitate, regionis sacralis doloribus femorum inertia et sensu ingrato et dolorifico de una parte in alteram transeunte aegrotae animadvertendum. Varicositates extremitatibus conspiciuntur inferioribus, in uteri ore labiis intumescentibus atque reflexis, uterus ipse majorem exhibet extensionem, unde dolores etiam interdum concipiuntur; pseudoorganisationes in collo primum proveniunt gradatim increscentes, quae quum polypi narium fauciumque mucosi similitudinem prae se ferunt, duriores tamen et superficie magis inaequali, tactui offeruntur. Incrementum semper capientes plures proveniunt, quibus tota interdum vagina repleatur, atque haemorrhagiae provocentur crebriores; quibus quanquam dolores paululum mitigentur locales generalis corporis conditio pejoret necesse est, quoniam aegrota summopere debilitatur, unde virium exhibeatur consumtio. Morbi decursu posteriori uterum supra os pubis imminere tactui nonnunquam percipiendum est, qui si supra arcum praecipue ossis pubis manu prematur, dolores itidem sentiuntur. Neque vero in utero tantummodo sed vesica etiam urinaria atque urethrae orificio reticula inveniuntur vasorum extensa. Regione deinde sa-

crali dolores increscunt, qui in pelvi pressionis sensu concipiuntur, utero intumescente urinae emissio impeditur et dolorifica redditur; haemorrhagiae accedunt crebriores, vel summa profusione interdum provenientes, quae priusquam emittantur, phaenomena etiam inflammatoria haud quaquam defecisse observatum.

Uteri solam varicositatem morbus hucusque exhibuerat; substantia enim quamvis mutata intumescat, de varicositate tantummodo aucta profectum est et increscente, ulcerumque formationem nondum exstitisse apparet. Excrescentiis vero nodisque denique diruptis, ulcus exsistit, carcinodis specie patefacta. Quibusdam tunc quidem excrescentiis concidentibus luxuriantes aliae nascuntur, unde massae exoriuntur brassicae similes botrytiti. Effluvies deinde immutatur, quae quum sanguine antea consisteret, rubrum nunc quidem suppeditat humorem aquosumque. Magis ingrati quotidie inde emittuntur odores, quae vero partes liquore humectantur, excoriationes patefaciunt, unde ulcera gignuntur parvuscula et maligna. Qua deinde ratione excrescentiae augeantur, uteri substantia magis magisque in diem corrumpitur ac deletur. In saniem pessimi odoris maximeque corrodentem effluvies convertitur, quae partes qualescunque destruere valeat organicas.

Morbi quidem gradu vehementiori exulcerationem nequaquam uteri finibus contineri, sed organa etiam vicina ad unum omnia corripere dolendum. Intestino recto, vagina, vesica urinaria destructione

itidem depravatis excrementa et urina de vagina proveniunt; quoniam corruptio deinde localis latius semper propagatur, unde intestinorum tractus adeo corrodatur, si vita non antea exstinguitur, totius corporis conditio generalis deterrima evadit; majore etiam vehementia febres incidunt, faciei colore livido ac flavo, singulari modo vultus exhibentur, qui summis aegrotam excruciari doloribus patefaciunt. Ne vero ad morbi hoc fastigium saepius perveniatur, fortunam profecto secundam prospexisse arbitramur; inter phaenomena enim supra exposita mortem vulgo supervenire animadvertitur.

Scirrhi deinde uterum afficientis altera species (scirrhum intelligimus stricte sic dictum, genuinum, glandularum), eandem semper patefacit ac descriptus naturam perniciosam; quod si vero in oriundo illum sanari posse consideres, graviorem imo existere videbis. De totius organismi structura hic etiam dispositionem repetendam esse apparet, et nihil nisi causam requiri manifestum est occasionalem, unde aetate invitetur decrepita et processu effingatur evolutionis.

Scrophulosin feminas malo huic suscipiendo idoneas constituere, experientia comprobavit. Uti vitae periodo anteriori scrophulosis exsistat non admodum maligna, ita quidem tempore posteriori, quum reproductionis vitium, parum huc usque manifestum, agere conspiciamus, scirrhus atque carcinoma efficiuntur. Quantum vero in malo hoc gravissimo actiones valeant sexuales provocando, res nobis est obscura ne-

que manifesta; quin scirrhus autem cum systemate sexuali propriam sibi servet relationem, unde in utroque sexu morbi illius species purissima partes illas solummodo fere infestet, extra omne dubium collocatum esse constat. Qua de causa scirrhum neque ante pubertatem perfectam usquam fere exoriri animadvertas, neque coeundi appetitu, aut coitu, aut masturbatione sedato, uterum unquam affligere observatur. Quantum vero organorum sexualium conditio singulorum morbo obnoxias mulieres efficiat suscipiendo, nihil certi in medium proponere licebit. Quin accuratius enim in uterum inquiratur, integrum nonnumquam hymen obstaculum constituit, sive aegrotae etiam multum pepererant, singulosque partus brevioribus ediderant temporum intervallis, sive semel tantum aut nunquam omnino parturiendo laborarant. Verba conferas hac de materie a celeberrimo F. Ph. de Walther ingeniosissime edita (Journal für Chirurgie und Augenheilkunde. Bd. 5 St. 2.

Primo morbi stadio, mera quidem scirrhi formatione, diagnosis incerta et ambigua. Singulum solummodo signum, quo malum exstitisse, certitudine quadam indicatur, duritie efficitur circumscripta, uterique ore majorem exhibente sensilitatem. Plenitudinis quoque sensus in abdomine interdum percipitur; obstructio deinde accedit, urinaeque nonnunquam crebrior emissio. Accidit etiam ut pungentes dolores regione sacrali, sensu quodam femorum obtuso hisce conjuncto, concipiantur. Facies interdum colore ob-

ducitur pallido vel livido, mammaeque pungentibus doloribus laborant subito provenientibus; coitus do-orificus et effluvie sanguinea serosave saepissime con-unctus. Explorationem vero internam saepius repe-itam accuratiori adhibeas diligentia; unde originem etiam morbus ceperit, qua corporis deinde constitu-io generalis ratione sit comparata, circumspecte di-udices, neve errorem concipias summopere caven-dum; induratione enim haud maligna facillimum est commutatu, ubi durities, intumescentia sensilitasque, quae menstruatione quodammodo impedita, praeci-pue vero quo tempore incidere soleat, itidem ani-nadvertitur. Hujus partis varicositates tunc vulgo observare licet. Partus deinde difficilius editi, quibus nstrumenta adeo in subsidium vocanda essent, indu-ationes etiam saepius efficiunt permanentes. Signo llo eo magis nos decipi posse confitendum, quum luor albus menstruatio dolorifica, ut brevibus dica-nus, quae de mulierum functionibus illis, a norma lecedentibus, omnia provenire solent, eadem patefa-iant phaenomena ac quae in uteri carcinomate primo n oculos incidunt. Oris uteri denique induratio lo-um habere observatum est, cujus quidem originem le nulla omnino causa repetere potuerunt. Status amen majoris semper est momenti; quum enim in-ultationibus chemicis vel mechanicis semper conti-uatis, vel affectione adeo dynamica remanente, pa-asitus de vi organorum vitali semper diminuta fa-

cillime exoriri possit, ex oculis haud quaquam omittendum esse apparet.

Quo induratio tempore perduret, majoris signum momenti diagnosi haud suppeditat. Antequam scirrhus enim in stadium progrediatur posterius, longiori temporis spatio hoc quidem evolutionis gradu constitisse observatum.

Quod si morbus latius deinde processerit, vaginalis portio magis magisque intumescit; uteri oris labia dura, inaequalia atque tuberosa tactui offeruntur, tumore etiam extensa speciem exhibent passim incisorum. Si feminae jam pepererint paullulum aperta conspiciuntur et tuberibus obsita; si vero partus nondum ediderint, os omnino clausum tangenti percipitur. Os uteri ipsum retrorsum et superne multum est retractum, quod vero quum profundius etiam observetur, signum satis certum neque fallax haud quaquam suppeditat. Vagina deinde turgore caret, ac muco parietibus obtegitur decolore odoremque edente fortiorem et ingratum. Uteri collum tunc quidem paullatim volumine magis extenditur, labiisque majorem in gradum tumescentibus, dolores etiam si tanguntur, concipiunt vehementiores. Orificii margines increscentis, speciem patefaciunt magis corrosam et inaequalem. Pungendi sensu et urendi celerius invicem sese sequenti, dolores augentur in abdomine, haud exiguis urina emittitur molestiis, et axillis mammisque tumores eodem tempore proveniunt glandularum scirrhosi. Uteri situm tunc etiam immutari

saepius animadvertitur; quod si feminae corpore multum sederint antrorsum inflexo, vel in opere quodam sint versatae positum huncce requirenti, uterum ita inclinari conspicimus; aut retroversio inversiove observata, aut e pelvi omnino adscendere animadversum, ut parietibus abdominis externis suppositum esse tangendo sentire liceat, quod si accidit, supra pubis arcum praecipue dolorificus. Interna exploratione instituta, os uteri altius elatum observatur, quod digitis vix interdum attingamus. Uteri tamen volumine nonnunquam diminuto, textura densior evadit atque constipata. Quod dum raro accidere solet, unicam exstitisse ferunt conditionem, qua conceptioni impedimentum constituatur.

Quod si scirrhus in carcinoma transeat, quem totius organismi statum generalem supra exposuimus, locum obtinere conspicitur. In parte quidem scirrhose indurata, minimo locus exoritur ambitu, qui postquam exuerit epithelium, ulcus provenire observamus. Inde a primo jam initio, quae phaenomena glandularum cancro propria animadvertuntur, hic etiam in oculos incidere videmus. Margines ulcus offert inaequales atque tuberosas fundo etiam eminentiis obsito. Uteri ore magis magisque deleto, vaginalis portio omnino interdum evanescit, qua quidem deficiente annulus invenitur ulcerosus. De uteri ore, aut parte illa jam deleta de locis ulceratione jam corruptis, fungosae prominent excrescentiae, unde tota interdum vagina repleatur. Vel levissime affectae sanguinem

effundunt, tactaeque semper dolores concipiunt, quo quidem utrumque impedimenta nonnunquam consti tuit, quin accuratius in illas inquiratur. Si rectum deinde intestinum exploretur, in introitu majores sae pissime nodi inveniuntur haemorrhoidales; sphincte rem deinde vehementissime sese contrahentem, tem periem summopere auctam totumque intestinum quam maxime compressum, vulgo observamus. Uteru ipse sentitur tumidus atque induratus; recti imo pa rietes nonnunquam sunt affectae, uti morbi destructi in tubas etiam Fallopianas, ovaria vaginamque ex tensa, scirrhum ibi generat, aut alias hydatidum prae cipue provocat metamorphoses. Cancer vero genui nus collum uteri non semper infestat; si in uteri cor pore sedem magis occupaverit, uteri os collumque integra tanguntur, et per externa solummodo abdominis integumenta, rectumque explorare licebit intestinum.

VITAE CURRICULUM.

Ego, EDUARDUS HOCKELMANN confessioni ca-
olicae addictus, Elberfeldae Decembris die XII.
no MDCCCVI patre natus sum Theod. Hockel-
ann matreque Maria e gente Flanhardt, utro-
ıe superstite pieque colendo. Primis quibus
tas puerilis imbui solet, literarum elementis
ıbutus, Gymnasium, quod ibi floret, adii, unde
ɔst sex annos dimissus almam literarum Uni-
rsitatem Rhenanam Fridericam Guilelmam petii
ique a. Cel. Nitzsch t. t. Rectore Magnifico,
vium academicorum et a. Cel. Harless t. t.
ecano maxime spectabili medicinae studiosorum
ımero adscriptus per sex semestria tam phi-
sophorum quam medicorum ordinis professo-
ım Ill. praelectiones frequentavi hasce.

Logicen et Psychologiam Cel. van Calk
Physicen experimentalem Cel. a Münchow, B
tanicen generalem Cel. Nees ab Esenbeck se
Zoologiam et Zootomiam Cel. Goldfufs, Ch
miam experimentalem Cel. Gustav Bischof, M
neralogiam Cel. Noeggerath me docuerunt.
Osteologia, Syndesmologia et Anatomia gener
Cel. Weber, de Anatomia speciali et Anatom
foetus Cel. Mayer (utroque Cel. Duce ad dis-
candi cadavera usus), de medicinae Methodol
gia, Physiologia, Pathologia generali, Symptom
tologia, de Enthelminthis Cel. Müller, de mater
medica et arte formulas conscribendi Cel. B
schoff, de Chirurgia, Oculorum morbis rite co
noscendis et curandis, de Operationibus chiru
gicis nec non de instrumentis ad illas perficie
das idoneis Cel. a Walther, de Therapia gen
rali et speciali morborum acutorum atque chr
nicorum Cel. Nasse audivi disserentes. Praet
rea Clinico medico-pathologico duce Nasse, Cl
nico chirurgico et ophthalmiatrico per duo s
mestria duce a Walther et Kilian usus sum.

Sed ante annum et dimidium Berolinum
ofectus a Viro Ill. Boeckh t. t. Rectore Mag-
ico inter cives academicos et ab Ill. Fr. Hufe-
id medicorum gratiosi ordinis Decano maxime
ectabili, inter medicinae studiosos receptus
iolis interfui hisce: Artem obstetriciam Cel.
uge, Neurologiam et Angiologiam Cel. Schlemm
e edocuerunt. Exercitationes denique clinicas
edicas Ill. Wolff, Ill. Bartels et Ill. Barez, chi-
rgicas Ill. Rust et ophthalmiatricas Ill. Jüng-
n, frequentavi.

Quibus omnibus praeceptoribus, summe de
e meritis, maximas habeo, semperque habebo
atias.

Jam vero tentaminibus et examine rigoroso
e superatis, spero fore, ut dissertatione the-
ousque palam defensis, summi in medicina et
iirurgia honores in me conferantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Tunicae serosae omnibus vasis et ner[vis] carent.

II.

Angina pectoris in abdomine quoque o[ri]ginem habere potest.

III.

Vasa capillaria inter arterias et ven[as] esse nego.

IV.

In scirrho mammae partiali exstirpa[tio] totius mammae partiali exstirpationi prae[fe]renda est.

V.

Circuitus sanguinis a sola cordis contra[c]tione pendet.